

9/17/61  
Repl

QUAESTIONES THEOLOGICAE

CONSTITUTIO  
DE FONTIBUS REVELATIONIS

Fere omnia quae in Constitutione de Fontibus Revelationis mihi vere placent, quia, absque dubio, accuratissime et opportunissime dicta sunt.- Sed, ex pluribus dictis in hac sessione, mihi videtur hanc Constitutionem posse et debere meliorem reddi, formaliter et materialiter.

Hac de causa, mihi placet iuxta modum. Aliis verbis, iuxta ea praesertim quae dicta et discussa sunt ab Emminentissimis Cardinalibus Ottaviani et Bea, quia, ni fallor, observationes Emminentissimi Cardinalis Bea et responsiones Emminentissimi Cardinalis Ottaviani componi et possunt et debent.

Et mihi etiam videtur quod hoc, necessario modo, fieri debet ante Concilium, secus igitur in ipso Concilio nimiae discussiones et controversiae erunt.

e